In nomine domini amen. Sub anno Nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo Tricesimoquinto
indictione tredecima pontificatus sanctissimi in christo patris et domini nostri domini Eugenii divina
providentia pape quarti anno quinto die vero Iovis vicesima mensis Marcii hora primarum vel quasi in do-
mo habitationis Nobilis viri domini [illegible] dicti [illegible] site in Circulo Civitatis Craco-
viensis mei Notarii publici infrascripti testiumque subscriptorum ad hoc vocatorum specialiter et rogatorum
presencia constitutus personaliter prefatus Nobilis atque strenuus dominus Michael de Czirla incola
Civitatis Cracoviensis licet eger corpore sanus tamen mente et compos racionis existens non
coactus non compulsus nec aliquibus erroribus seu sinistris circumventus sed sponte et libere volun-
tarieque volens diem messionis sue [illegible] operibus misericordie prevenire pro anima sua et progenitorum
suorum ac filii sui animarum salute condidit suum verum ultimum testamentum et ultimam volun-
tatem dedit legavit et testamentaliter assignavit quatuor famulos in Salicadina sive
more salis dictos sitos in opido Wieliczka Cracoviensis dyocesis [illegible]
et Conventui priori et fratribus sancte Katherine ordinis sancti Augustini in Kazimiria extra
muros Civitatis Cracoviensis ultra Wysla aquam sitis perpetuis temporibus habendos et tenendos
iuxta tenorem litterarum regalium Sub maiestate et sigillis Serenissimi principis et domini domini
Wladislai dei gracia Regis Polonie etc. iam [illegible] sigillatarum quasquidem litteras de
et super dictis quatuor famulis ipsis fratribus et priori monasterii predicti ibidem presentibus
in persona cum effectu dedit et tradidit ac porrexit ita quod dicti fratres qui nunc sunt
et pro tempore fuerint singulis diebus perpetuis temporibus missam legere vel cantare poterint vel alias eo
[illegible] aliis diebus sollempnibus quibus dicta missa perpetuis licite fieri non potest
pro animabus dicti testatoris suorumque progenitorum ac filii sui in dicto monasterio vel Ca-
pella per dictum testatorem erecta vel constructa aut adhuc erigenda singulis annis et
temporibus perpetuis legere debebunt et sint sub eorum consciencia astricti super quo eorum
consciencias oneravit et pro tunc [illegible] adhoc fuerunt fratres et qui pro tempore fuerint se
miserunt manu eorum stipulacione sollempni Quamquidem Capellam predictam dictus testator
pro divino cultu seu officio aut missis legendis in eadem duos ornatus sive Casules
cum omnibus attinenciis et unum missale quos ornatus et quod missale dicti
fratres de facto habere et ipsis dedisse [illegible] et unum calicem denovo adhuc paraturum
pro eodem divino cultu dandum promisit et assignavit [illegible] predicta Capella
fore [illegible] Super quibus omnibus et singulis
premissis prefati domini fratres prior [illegible] hunc Notario publico
infrascripto petierunt ipsis fieri et [illegible] publicum seu publica et tot
quot necessaria fuerint [illegible] sunt hec anno indictione die mense hora
pontificatus et loco quibus supra presentibus ibidem Nobili et Circumspecto viris domino Nicolao
Swerzincz de Glekowicze herede Nicolao [illegible] Civi Cracoviensi Magistro
Henrico de Strzelcze priore [illegible] Consistorii Cracoviensis Johanne de Popowa clerico
Gneznensis dyocesis testibus ad premissa [illegible] specialiter et rogatis

Et ego Mathias olim [illegible] Dwig de Noua ecclesia clericus
Wladislauiensis dyocesis publicus auctoritate Imperiali Notarius Quia predicte
testamenti assignacioni dictique submissioni aliisque omnibus et
singulis premissis dum sic ut premittitur agerentur et fierent una cum prenominatis
testibus presens interfui eaque omnia et singula sic fieri vidi et audivi
Ideo hoc presens publicum Instrumentum manu alterius propter meas occupaciones
fideliter scriptum [illegible] subscripsi [illegible] et publicavi et in
hanc publicam formam redegi Signoque et nomine meis solitis
et consuetis consignavi Rogatus et requisitus in fidem et
evidens testimonium omnium et singulorum premissorum.

S A T

Matheus Dwig

Testament Michała Cirle 1435 na czterech kopaczów w Wieliczce

Testamentum Michaelis de Cirle quo legat nobis 4 operarios in Wielicka

2do

N 5

Litt A,, No 66

OO Augustyanow

Dypl. 385

28
15
15
28
86